



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 42. Origo tumultuum Belgicorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

jus dici queat. Ponderato libello sup- Sæcul XVI.  
 plici, necnon attento ejusdem Procura- A C. 1565.  
 toris Generalis judicio Curia præ-  
 cipiebat, ut intra hoc octiduum Ora-  
 tores eidem tradant normam, quam in  
 existimato suo Collegio Claromontano  
 servare intenderent: interea tamen res  
 in pristino statu permanerent. Hæc  
 sancita fuere die vigesima nona Mar-  
 tii, qua utrique parti dies fuit dicta,  
 porro hoc medio Jesuitæ, quin Parisi-  
 næ Universitati adscriberentur, publice  
 ulteriorem juventutis erudiendæ liber-  
 tatem consecuti sunt.

§. XLII.

*Origo tumultuum Belgicorum.*

Interim, cum Calvinistæ quædam con- Thu. l. 40.  
 filia contra se clam Bajonæ inter Strada de  
 Franciæ Regem, & Albæ Ducem agi- bello Belgico  
 tata suspicarentur, nil nisi apertam sedi- l. 4.  
 tionem moliebantur: ut autem in hisce Belcar.  
 dissidiis de tuto sibi prospicerent asy- comm. l. 30.  
 lo, Belgas contra Hispaniæ Regem n. 31.  
 concitare satagebant, eo fine, ut Philippus  
 II. domesticas flammæ extinguere in-  
 tentus Galliarum Regi suppetias ferre  
 præpediretur. Hæc fuit origo turba-  
 rum, quæ in Belgio suscitata Regem  
 Hispaniæ quadam harum ditionum par-  
 te spoliabant: Ceterum eo facilius Bel-  
 gæ ad seditionem movebantur, quo a-



Sæcul XVI  
A.C. 1565.

crius jam antea variis ex caussis exacerbati erant; quippe ægre ferebant, quod quatuordecim urbes, quæ antiquioribus quatuor Episcopatibus unirentur, designatæ essent; plebs enim sibi persuadebat, quod tunc, si quatuordecim hi Episcopatus quatuor antiquioribus sedibus unirentur, exinde Status Ecclesiastici numerus contra Provinciarum privilegia augetetur, novique hæreticæ pravitatis Inquisitores instituerentur, proin Belgæ tribunali ipsis antehac haud cognito subjicerentur. Insuper illos Hispani militis, quem Philippus II. præsidarium illinc decreverat, insolentia offenderat.

§. XLIII.

*Calvinistæ ad seditionis suæ obtentum Tridentini Concilii promulgatione utentes.*

*Strada l 4.  
ad ann. 1564.*

Præterea ex eo, quod Tridentini Concilii decreta ibidem fuissent promulgata, Belgarum seditio recruduit, quippe Philippus datis ad Governatricem literis præcipiebat, ut hæc decreta acceptari, eaque executioni dari toto studio adlaboraret, nec quacunque ex causa hac in re de suo fervore quicquam remitteret: equidem illa desuper plures Prælatos, celebresque Doctores